

Celeberrime Domine Collega!

Plantas vivas Tuas gratiam pro Te selectas, ob aestum^{vero} perniciosum per totum adhuc mensem Augusti inenodabili modo quod nos saevientem donec tunc retentas hodierno die tandem in cistis duabus compressas urbem nostram deseruerunt et ad summum 10-12 Septembris, ut mihi pro certo assertum fuit, ad Te pervenient.

Multa vero obstacula respectu huius rei mihi vincenda erant, nam institutio nostra quoad vehicula curio publici acceptionem cistarum vetat, quarum pondus 40 libras et quarum longitudo $1\frac{1}{2}$ pedes superat, siquidem via brevissime in Italiam mittenda sunt per Austriam nimirum superiorem, quod vero per Viennam facillime negotio, apud sum temporis deprendo iam magno fieri potest. Necesso hinc erat cistas quam compactas denus vacuifacere et novas minores parare simulque plantas aliquas, utpote: Periclymen floribundum, Fabriciam myrsinifoliam, Hancam miracarpam et Melaleuam erubescentem ob longitudinem illarum iusto maiorem reponere.

Spero nunc quod plantae optime sanitatis fruentes ad Te pervenient, sanissimas et vigintissimas selegi et studiosissime in cistas componere et eas curavi, addens plantae cuius numerum in tabella lignea, cum numero indicis huius agens, centis correspondentem.

Plantas a Tua accipendas benevolentia cum caeteris expectans valentem Tibi plurimam dicit

Tuus

Dominatissimus Collega
V. J. Kopschitzky



All
Sign. illustr.

Roberto De Visiani

Professore di Botanica e Direttore
dell'orto botanico dell'Università
di

Padova

Praga